

Ad Metrologicorum scriptorum reliquias.

I De primae expositionis de medicorum ponderibus ac mensuris auctore.

Primam de medicorum ponderibus ac mensuris expositionem non ante saeculi V initium scriptam esse suo iure contendit Hultschius. operae tamen pretium visum est tabulam illam accuratius tractare. nam is qui scripsit non modo 'priorum medicorum eorumque qui de ponderibus scripserant libros, quantum res postulabat, satis cognoverat' sed etiam sano et considerato iudicio magnaue diligentia quae collegerat composuit. Citantur qui διὰ χαρακτήρων σημαίνουσι pondera et mensuras, commemorantur οἱ παλαιοί quos sequitur auctor, haud raro nominantur qui alium modum significandi aut definiendi pondera et mensuras secuntur quam auctor, denique Oribasii in Adamantium libri mentio fit. Auctor tabularum illarum quinque homo notus est. Pauli enim Aeginetae habemus librum satis magnum inscriptum ἐπιτομῆς ἰατρικῆς βιβλία ἑπτὰ editum Venetiis 1528 et Basileae 1538. in libri septimi capite XXV tabulas nostras scriptas invenimus neque dubium est quamquam finem faciunt libri, quin ab ipso Paulo compositae sint, non postea adiunctae. ceterum in codice Harleiano 6305 s. XV fol. 159 eandem expositionem videmus inscriptam: περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν καὶ χαρακτήρων ἐκ τοῦ πούλου αἰγινήτου. Iam igitur tabularum nostrarum tempus accuratius definire licet. Nam cum Paulum Aeginetam saeculi p. Ch. septimi medicum fuisse insignissimum constet, tabulam nostram non saeculo quarto sive quinto sed septimo compositam esse apparet. Quibusnam auctoribus ipse Paulus in conscribendis tabulis usus sit nondum satis constat.

II De Diodori de ponderibus et mensuris expositione.

Diodori nomine inscribitur expositio quaedam nondum edita de ponderibus et mensuris 'ἐκθεσις Διοδώρου περὶ σταθμῶν καὶ

μέτρων ἀκριβής², quam invenies in codice Laurentiano plut. LX, 16 fol. 90^r et in Harleiano 5108 fol. 46. Laurentianum nuper mihi descripsit benigne v. d. Rostagno, Harleianum ipse contuli. ex eodem archetypo uterque derivandus est, auctoritate tamen Laurentianus praestat, id quod inspicienti tabulam mensurarum negligentiamque qua conscripta sit statim perspicuum fit. ceterum nonnullis locis plura servat Harleianus dico eos quibus singulis ponderibus aut mensuris verbo ἤτοι adicitur nomen idem significans quod mensura sive pondus modo commemoratum; quae utrum postea addita sint an genuina discernere nequeo. Laurentianus uno tantum loco v. 6 denarii per stagium interpretationem exhibet.

Ἐκθεσις Διοδώρου περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων ἀκριβής.

Ἡ Ἰταλικὴ μνᾶ λίτραν μίαν θ'	Ἡ Ἀττικὴ μνᾶ λίτραν μίαν στάγια τρία	Ἡ Πτολεμαϊκὴ μνᾶ λίτραν μίαν καὶ ἡμί- κειαν
Ἡ λίτρα ὀλκάς ἕξ	Ἡ ὀλκὴ οὐγγίας δύο	Ἡ οὐγγία στατήρας δύο
ἤτοι οὐγγίας ιβ'	ἤτοι στατήρας δ'	ἤτοι ἄσκάρια δ' 5
ἤτοι στατήρας κδ'	ἤτοι ἄσκάρια η'	ἤτοι δηνάρια ἤτοι στάγια ζ'
ἤτοι ἄσκάρια μη'	ἤτοι δηνάρια ιβ'	ἤτοι δραχμὰς η'
ἤτοι δηνάρια ἤτοι στάγια οβ'	ἤτοι δραχμὰς ις'	ἤτοι γράμματα κδ'
ἤτοι δραχμὰς ςζ'	ἤτοι γράμματα μη'	ἤτοι ὀβολοὺς μη'
ἤτοι γράμματα σπη'	ἤτοι ὀβολοὺς ςζ'	ἤτοι κεράτια ρμδ' 10
ἤτοι ὀβολοὺς φος'	ἤτοι κεράτια σπη'	
ἤτοι κεράτια ,αψηκ'		
Ὁ στατήρ ἄσκάρια β'	Τὸ ἄσκάριον δηνά- ριον α' ἡμιου	Τὸ δηνάριον ἤτοι στάγιον δραχμὴν α' καὶ τρίτην
ἤτοι δηνάρια ἤτοι στάγια γ'	ἤτοι δραχμὰς β'	ἤτοι γράμματα δ'
ἤτοι δραχμὰς δ'	ἤτοι γράμματα ζ'	ἤτοι ὀβολοὺς η' 15

2 ἡ πτολεμαϊκὴ μνᾶ λίτραν αθ' Η 3 στάγια γζ' Η λίτραν
μίαν ἡμιου Η 4 οἰκίας L 6 ἡ στάγια pro ἤτοι στάγια L
8 ἤτοι στάγια om. L 13 primo loco de denario secundo de statere
verba sunt in Η ἤτοι στάγιον om. L ἤτοι στάγιον δραχμὴν αθ Η
14 ἤτοι στάγια om. L ἤτοι δραχμὴν αζ' L ἤτοι δραχμὰς om. β' Η

ἤτοι γράμματα ιβ'	ἤτοι ὀβολοὺς ιβ'	ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια κδ'
ἤτοι ὀβολοὺς κδ'	ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια λς'	
ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια οβ'		
Ἡ δραχμὴ γράμ- ματα γ'	Τὸ γράμμα ὀβολοὺς β'	Ὁ ὀβολὸς κεράτια ἤτοι κόκκια γ'
20 ἤτοι ὀβολοὺς ς'	ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια ς'	ἤτοι σταγίου ὄγδοον
ἤτοι κεράτια ιη'		Τὸ κεράτιον ἤτοι κόκκιον σταγίου κδ'' μέρος

16 ἤτοι κόκκια om. L 17 sub verbis ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια κδ' H exhibitet ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια οβ' quod debuit ponere versu 18 sub verbis ἤτοι ὀβολοὺς κδ' 18—21 ἤτοι κόκκια om. L 21 verba τὸ κεράτιον ἤτοι κόκκιον σταγίου κδ'' sub verbis ἤτοι κεράτια ἤτοι κόκκια ς' posuit H

Περὶ μέτρων ὑγρῶν.

Τὸ Ἴταλικὸν κερά- μιον χόας η'	Ὁ χοῦς ξέστας ς'	Ὁ ξέστης κοτύλας β'
ἤτοι ξέστας μη'	ἤτοι κοτύλας ιβ'	ἤτοι ὀξύβαφα δ'
ἤτοι κοτύλας ςς'	ἤτοι ὀξύβαφα κδ'	ἤτοι κυάθους ιβ'
5 ἤτοι ὀξύβαφα ρςβ'	ἤτοι κυάθους οβ'	ἤτοι μίστρα μη'
ἤτοι κυάθους φος'	ἤτοι μίστρα σπη'	ἤτοι κοχλιάρια ςς'
ἤτοι μίστρα βτδ'	ἤτοι κοχλιάρια φος'	ἤτοι γράμματα **
ἤτοι κοχλιάρια δχη'		
Τὸ κεράμιον λίτρας ςς'	Ὁ χοῦς λίτρας ιβ'	Ὁ ξέστης λίτρας β'
10 Ἡ κοτύλη καὶ τὸ τρύβλιον ὀξύβαφα β'	Τὸ ὀξύβαφον κυά- θους γ'	Ὁ κύαθος μίστρα μικρὰ δ'

1 omisit H 2 κοτύλας β' om. H exhibitet autem in v. 3 ante verba ἤτοι ξέστας 7 ἤτοι γράμματα υπ' scribendum videtur esse 9 primo loco de sentario verba fiunt in H secundo de cotyla tertio de oxybapho, id quod ea de causa factum est, quia spatium lineae 8 vacuum explebatur ceramii et choi definitionibus, iam certo ordine et sensu omisso duae sive tres definitiones singulis versibus continentur 9 ὁ κεράμιον H

μνᾶ Ἰταλική = $1\frac{1}{9}$ λίτρα = gr. 363, 3

μνᾶ Ἀττικὴ = $1\frac{1}{24}$ λίτρα = gr. 341

μνᾶ Πτολεμαϊκὴ = $1\frac{1}{2}$ λίτρα = gr. 491

omissis nunc minis, denarius quantum valeat indicat v. 13 τὸ δηνάριον δραχμὴν ἄ καὶ τρίτην. quodsi enim drachmam ponimus pendere gr. 3, 41, denarii pondus habemus gr. 4, 55. qua re enucleata cetera pondera facillime intellegenda sunt; est prorsus ratio Romana ex qua enumerantur. animadvertendum tamen est ὁλκὴν hac tabula in certi ponderis modum describi; quamquam enim per se holce quodvis significat pondus, tamen dubium esse nequit quin consuetudo quae fortasse alicubi fuerat duas uncias verbo 'holce' significandi, illis temporibus quibus nostra scripta est tabula, certae legi cesserit.

Initio tabulae minae afferuntur tres, quarum media Attica recentior constat libra una et vicesima quarta parte i. e. grammatis, quae nos dicimus, 341. Prima quae continere traditur libram unam nonamque partem, vocatur Italica et valet gr. 363. est ea quam appellare solemus Ptolemaicam; tertia Ptolemaica valet libram unam et dimidiam i. e. gr. 491. haec in ceteris tabulis de ponderibus solet significari nomine 'Ἰταλικὴ μνᾶ' sive 'μνᾶ ἢ κατὰ τὴν Ἰταλικὴν χρῆσιν'. quibus de causis veri mihi videtur esse simillimum, nomina duo in nostra tabula commutata esse.

Sequitur tabula quae mensurarum inter se rationes hunc in modum exponit:

	κερ.	χοῦς	ξέστ.	κότ.	δέυβ.	κύαθος	μίτρον.	κοχλ.
κεράμιον .	1	8	48	96	192	576	2304	4608
χοῦς . . .		1	6	12	24	72	288	576
ξέστης . .			1	2	4	12	48	96
κοτύλη . .				1	2	6	24	48
δέυβαφον					1	3	12	24
κύαθος . .						1	4	8
μίτρον . .							1	2
κοχλιάριον								1

accedunt his aliae definitiones mensurarum per pondera:

κεράμιον = 96 λίτραι

χοῦς = 12 „

ξέκτης	=	2	λίτραι	
κοτύλη	=	1	„	
ὀξύβαφον	=	1/2	„	= 144 γράμματα
κύαθος	=	2	οὐγγίαι	= 48 „
μίτρον	=	1/2	„	= 12 „
κοχλιάριον	=	6	γράμματα	= 1 1/2 δηνάρια.

Gravissimum est quod oxybaphum videmus definiti dimidio cotylae, quarta sextarii parte, tantundemque continere quantum quartarium. est definitio quae non hoc uno loco occurrit cfr. Hultschium *Metrol. script. rel. Ind. p. 204 s. v. ὀξύβαφον* 5. itaque errorem his locis commissum esse parum credibile est; statuendum potius est mensuram grammatum 136, 5 illis temporibus ὀξύβαφον appellatam in usu fuisse.

In conscribendis expositionibus id genus tabularum videtur esse secutus Diodorus, quod invenimus in tabula Cleopatrae (*Metrol. scr. rel. p. 233. n. 60*). eundem enim in modum maiora pondera et mensurae dividuntur minoribus.

III

Codices nostri non modo tabulas illas Diodori continent, quas modo edidi, sed etiam alias nonnullas, quae iam in metrologicorum scriptorum reliquiis inveniuntur. de quibus cum non uno loco ab Hultschii editione distent, pauca eaque graviora addam.

Diodori tabulam in Laurentiano sequitur ἑτέρα ἔκθεσις περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων ἀκριβεστάτη quam legis *metr. scr. rel. I p. 228. 13—229. 9*.

228. 19 L exhibet τὸ δηνάριον δραχμὴν μίαν κόκκια ζ'.

228. 25—26 ἡ ἰταλικὴ μνᾶ λίτραν μίαν Θ' cetera desunt.

p. 229. 1—9 inscribuntur περὶ μέτρων ὕγρῶν.

v. 1 τὸ κοχλιάριον δηνάριον ἦγουν ἑξάγιον ἔν καὶ ἦμισυ id quod recte iam Hultschius restituerat.

Deinde continet codex: ἑτέρα ἔκθεσις περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἵπποιατρικῶν cfr. *metrol. script. rel. p. 237. 22—238. 17*.

238. 10 verba ἢ Γο α' καὶ ζ'' omisit L.

238. 13 τὸ δὲ μύτρον κοχλιάρια β' ὡς εἶναι τὸ κοχλιάριον ἑξάγιον ἔν καὶ ἦμισυ.

238. 15 ἡ ἰταλικὴ μνᾶ ἔχει οὐγκίας ις'' ὀλκὰς ριβ' καὶ ζ'.

Sequitur tabula περὶ μέτρων ὕγρῶν cfr. *metr. scr. rel. p. 238. 20—239. 6*.

239. 1 sqq. ἡ κοτύλη τὸ αὐτὸ ἔχει. τὸ τρύβλιον ἔχει μίστρον μεγάλου τὸ ἡμισυ, ὀξύβαφα δὲ δύο. τὸ μέγα μίστρον ἔχει ὀξύβαφον ἕν. τὸ ὀξύβαφον ἔχει κυάθους τρεῖς. ὁ δὲ κύαθος ἔχει μνᾶς μικρὰς ἤτοι μίστρα μικρὰ τέσσαρα.

Denique continet codex expositionem illam de ratione quae intersit inter oleum mel vinum cfr. metr. scr. rel. p. 229. 10—p. 230. 5.

229. 14 εἶδους διαφορᾶς — 16 ἐκάστου deest in L, linea omissa una. 26 recte scribit ὅπερ χωρεῖ ἐλαίου et 27 omisit ἐχώρει L cfr. Nic. app. nam voluit dicere qui scripsit: 'eadem mensura, quae continet olei (i. e. oleo impleta non sine oleo) stagia 72' ect. v. i.

In codice Harleiano praeter Diodori tabulam insunt quae edidit Hultschius metr. scr. rel. p. 228. 11—230. 5.

Tabula prima (228. 11—229. 9) ita differt quod singulis definitionibus aliae superscriptae sunt per κόκκια et στάγια rubro atramento exaratae.

228 v. 25 legimus ἡ ἰταλικὴ μνᾶ λίτραν αθ (numeri rubro atr.) iam insecuntur rubro atramento scripta verba haec: τὸ νῦν ἐπικρατοῦν τάλαντον κύριον τὰ ρκς' στάγια ἐστίν. ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τοῖς παλαιοῖς τὸ τάλαντον ὠρισμένον παρὰ πᾶσιν οὐκ ἔχει σταθμὸν τὸν αὐτόν. ἀλλ' εἰσὶν αὐτοῦ γένη τρία ἐν μὲν τὸ Πτολεμαϊκὸν καὶ ἔχει λίτρας σα'. δεύτερον τὸ τῶν ρκε' λιτρῶν. τρίτον τὸ τῶν ρ' λιτρῶν ὃ νῦν μὲν δηνάριον λέγεται.

228 v. 26 χωρεῖ H.

228 v. 27 ἐχώρει omissum est in H.

Berolini.

Ericus Pernice.